

1548. super multa legata faciebant in favorem eorum ad quos bona devenire non poterant.

Hic ideo Prefatus decem partem tantummodo sic retinui posse declarat.

Paulus Tertius An. XIV.

ramur. Decernentes sic, &c. Non obstantibus &c.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 28. mensis Martii, millesimo quingentesimo quadagesimo octavo, Pont. nostri anno XIV.

LXII.

De electione Vicarii Generalis Congregationis Eremitae Camaldulensis, ac S. Michaelis de Murano, Monachorum Ordinis S. Benedicti.

De hac Eremita vide etiam hic sup. in Constit. I. Rationi fol. 112.

PAULUS PAPA III.

Dilectis filiis Vicario generali, & Visitatoribus Congregationis Camaldulensis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecistis, quod licet ab antiquo tempore citra, morte pro tempore existentis Generalis totius Ordinis, & Congregationis Camaldulensis adveniente, duo Visitatores, & totidem Praelati ejusdem Ordinis, loco, in quo eundemet Generalem decedere contigebat, magis propinquo alium Congregationis hujusmodi Generalem infra annum semper eligere consueverint. Nihilominus Generalem hujusmodi quoties eum decedere, aut illius officium cessare contigerit, si vobis, & aliis ejusdem Ordinis Praelatis infrascriptis eligendis, licentia, & facultas concederetur, profecto in evidentius totius Ordinis emolumentum, & decus cederet. Quare pro parte vestra, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut dicti Ordinis commodo, & decori consulere, ac alias in praemissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

§.1. Nos igitur, qui personarum quarumlibet, praesertim religionis juro deditarum votis libenter annuimus: Vos, ac Praelatos infrascriptos, utrumque singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis auctoritate, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, vobis, ac Majori Sacrae Camaldulensis Eremitae, & Classensis, Ravennat. necnon S. Michaelis de Murano, ac S. Mariae ad Carceres, & Vallis Castris Abbatibus, necnon per Priores gubernari solitorum S. Matthiae de Murano, ac Angelorum Florentiae dicti Ordinis Monasteriorum Prioribus pro tempore existentibus, quod de cetero, ipsi, & vos, ac pro tempore existentes dicti Ordinis Visitatores, in unum in dicto Monasterio Classensi, aut alio convenienti loco, de omnium, seu majoris partis vestrum consensu eligendo congregati, Genera-

D. P. A. XIV. 28. Martii.

Causa hujus Constitutionis.

Qui possint eligere Generalem infra mensem, si ejus officium vacet.

Paulus Tertius An. XIV.

neralem Congregationis, & Ordinis hujusmodi, quoties eum decedere contigerit, infra mensem a die obitus, pro tempore existentis Generalis hujusmodi computandum, usque ad futurum Capitulum, singulis annis juxta ejusdem statuta fieri solitum, eligere possitis, & valeatis, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, de speciali gratia indulgemus. Decernentes electionem, per vos, ac Abbates, & Priores hujusmodi faciendam, validam, & efficacem fore, ac quascumque alias aliter pro tempore factas in Generalem hujusmodi electiones, nullas, & invalidas existere.

Quo vero post elapsum mensem.

Derogatio contrariarum.

D. P. A. XIV. 19. Junii.

§.2. Ac volentes, quod si vos, ac Abbates, & Priores praefatos ad Generalem hujusmodi infra unum mensem eligendum discordes esse contigerit, quod mense hujusmodi elapso, omnes totius Ordinis, & Congregationis hujusmodi Praelati, pro electione hujusmodi facienda in unum congregari, & convocari, ac unum in Generalem Ord. praedicti, invocato desuper divino auxilio, eligere debeant, & studeant.

§.3. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Congregationis, & Ordinis hujusmodi juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, Congregationi, & Ordini hujusmodi, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, in praemissorum contrarium forsitan concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die decimanona Junii millesimo quingentesimo quadagesimo nono, Pont. nostri anno XIV.

LXIII.

Explicatio muneris, & auctoritatis Praepositi Generalis Clericorum Regularium Societatis Jesu, cum diversarum gratiarum concessione, ordinationumque pro ejus bono regimine constitutione.

De his omnibus, & aliis, vide hic sup. in Constit. XXXI. Regimini fol. 185.

PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Procerum.

Let debitu pastoralis officii omnibus regularem vitam ducentibus, ut in suis Bull. Rom. Tom. IV. Par. I.

disciplinis, & laudabilibus institutis conferventur, & augeantur; Nos reddat favorabiles, & benignos, ad Societatem vero de Jesu per Nos institutam, & approbatam, cujus specimen, veluti ager fertilis in Domino, multiplices atque uberes fructus animarum, ad summi Regis laudem, & fidei incrementum attulit, & affert quotidie verbo, & exemplo in populo Christiano, dirigentes praecipue velut pius pater oculos mentis nostrae, dignum censemus, ut ipsam Societatem ejusque in odorem suavitatis Altissimo deservientes personas specialibus favoribus prosequamur, illaque sibi favorabiliter concedamus, per quae Societas ipsa utiliter regi, & prospere dirigi, ac ad animarum auxilium fideliter in Domino procedere valeat.

§.1. Hinc est, quod Nos dilectorum filiorum Ignatii de Loyola moderni Praepositi Generalis, & aliorum sociorum ejusdem Ordinis supplicationibus inclinatis, sibi, ut Praepositi Generalis dictae Societatis, pro tempore existentis, cum primum juxta Constitutiones ejusdem Societatis in illius Praepositi electus fuerit, eo ipso verus ipsius Religionis Generalis Praepositus, cum libera generali, & omnimoda cura, & administratione omnium, & singulorum, ad felix regimen, & prosperam directionem dictae Societatis spectantium, & pertinentium, sit & esse censetur, ac suum Praepositi officium in omnibus exercere incipiat, ac plenam in universos ejusdem Societatis socios, & personas sub ejus obedientia degentes, ubilibet commorantes, etiam exemptos, etiam quascumque facultates habentes, suam jurisdictionem exerceat.

§.2. Possitque, & debeat dictus Praepositus per personas ad id a dicta Societate facultatem habentes, & ad id deputatas, in certis casibus juxta dictas Constitutiones amoveri, & alius ipsius loco, per eandem, personas substitui, & alias, prout persona deputata praedicta id in Domino conspexerint salubriter expedire.

§.3. Ac ipsemet Praepositus pro tempore existens ire, & suos quocumque locorum etiam inter infideles, cum expedire in Domino judicabit, mittere, ac revocare, & per Nos, ac Successores nostros, ad locum aliquem missos sine temporis certi limitatione, cum id expedire ad Dei gloriam, & animarum auxilium, visum erit (super quo conscientiam dicti Praepositi oneramus) ad alia loca transmittere, libere, & licite valeat, qui ubicumque morari contingat, ad nutum nostrum, & Romani Pont. pro tempore existentis, ad Sedem Apostolicam, seu quo oportuerit, & sibi per dictam Sedem injunctum fuerit, juxta ipsius Societatis professionem, venire debeat, concedimus.

§.4. Ac volumus, statuimus, & ordinamus, quod Praepositus absque Societatis, & aliquis ex locis hujusmodi absque dicti Praepositi consensu, & expressa licentia, electioni, seu provisioni de illius persona in Episcopum, Archiepiscopum, aut aliam quancumque dignitatem, per quemcumque

Praepositi generalis libertas est administratio, & perpetua.

Certis tamen casibus removeri possit.

Praepositi circa missiones potestas.

Dignitas Sociis absque consensu Praepositi, & Praeposito absque assensu Societatis acceptari non potest.

que Principem, vel quodcumque Capitulum, aut alias quascumque personas ad id auctoritatem habentes, pro tempore factae, consentire, aut ad illam admitti, seu alicuius Praelationis, & dignitatis in eadem Societate, si eam occulta, aut manifesta ambitione quaesivisse convincatur, capax esse nullatenus possit.

§.5. Quodque a correctione regulae Societatis huiusmodi secundum ordinationes factae (ut vigor disciplinae melius conservetur) appellari, aut talis appellatio per ullum Judicem admitti, seu ab officio absolutio, aut privatio peti non possint.

§.6. Et tam Generalis, quam alii inferiores Praepositi eiusdem Societatis, fratres seu socios dictae Societatis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, seu aliis Ecclesiarum Praelatis, & personis, in sociis, aut alias ad ullum eorum ministerium deputare minime teneantur, nisi auctoritate literarum eiusdem Sedis, de Societate, & indulto huiusmodi expressam facientium mentionem, & si quos deputare contigerit, nihilominus sub Ordinis correctione existant, & cum expedire iudicabunt, eosdem remove-re possint.

§.7. Illos vero ex fratribus, seu Sociis praedictis, qui ad praedicandum Crucem, vel ad inquirendum contra haeticam pravitatem, seu ad alia similia negotia deputati fuerint, Ignatius, & alii illius successores Praepositi Generales dictae Societatis, pro tempore existentes, remove-re, seu revocare, & transferre, ipsique quod superferant, injungere, ac alios illorum loco substituere, cum expedire viderint, libere, & licite valeant.

§.8. Ac eiusdem Ignatio, & aliis Generalibus Praepositis pro tempore existentibus, ut per se, vel alios ad id per eos pro tempore deputatos, omnemque, & singulos eiusdem Societatis socios, & personas sub eorum obedientia, disciplina, & correctione pro tempore degentes, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, ante, vel post ingressum in dictam Societatem per eos commissis, necnon a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis & secularibus sententiis, censuris, & poenis, a iure, vel ab homine, quomodolibet latis, & promulgatis, & huiusmodi sententiis in-nodatos, aut in locis suppositis Ecclesiastico interdicto divina officia celebrantes, & suscipientes ordines, sic ligatos, & propterea irregularitatem incurrentes absolvere, ac cum eis, cum dispensatione egerint, dispensare possint, nisi excessus absolvendorum, & dispensandorum huiusmodi, adeo graves, & enormes fuerint, quod sint ad Sedem Apostolicam merito remittendi, & ne sepe in dubium revocetur, qui sint ad Sedem praedictam destinandi, declarationem in ea parte, per sel. rec. Sixtum Papam IV. Praedecessorem nostrum, in Bulla, quam mare magnum vocant, factam, confirmamus.

§.9. Volumus autem, quod postquam Societati, & consortio huiusmodi aggrega-

ri volentes, absoluti, & cum eis, ut praefertur dispensatum fuerit, nisi mox Ordinem intrare, & praestis experimentis secundum Constitutiones dictae Societatis, vota emittere parati sint, etiam si super hoc indicia eis a Praelatis eiusdem Societatis concedantur, eo ipso in pristinas sententias, a quibus eos totaliter absolvi contigerit, relabuntur, & reincidant.

§.10. Necnon quod quilibet ex sociis Societatis huiusmodi, peccata sua proprio Praeposito, vel ab eo deputato, seu deputatis, & alias secundum ordinationes Societatis praedictae designatis confiteri debeat, nisi super hoc a dicto Praeposito alium Confessorem eligendi facultatem habuerit.

§.11. Ac inhibemus, ne quis post emissam vota secundum Constitutiones praedictas, si-ve professus, si-ve Scholaris, si-ve Coadiutor Societatis huiusmodi sit, ad quemvis alium Ordinem, etiam per Sedem praedictam approbatum, Carthusiensium dumtaxat excepto, nisi de expressa ipsius Praepositi, aut dictae Sedis licentia transferri, egressi vero alias, quam, ut praefertur, de Ordine, seu consortio huiusmodi, in nullo alio, praeterquam Carthusiensium praefato Ordine admitti, recipi, vel retineri possint.

§.12. Ipsique Generalis, & alii inferiores Praepositi, per se, vel alios, illos sic excessos, ac alios quoscumque dictae Societatis apostatas, ut etiam alios quosvis insolentes, & qui id merere videbuntur, in quocumque habitu apostatas praedictos contigerit inveniri, excommunicare, capere, incarcerare, & alias suae disciplinae submittere, & ad id, si opus fuerit, auxilium brachii secularis invocare, libere, & licite valeant.

§.13. Ipsamque Societatem, & universos illius socios, & personas, illorumque bona quaecumque ab omni superioritate, jurisdictione, correctione quoruncumque Ordinarium eximimus, & liberamus, ac sub nostra, & praefata Sedis protectione suscipimus.

§.14. Liceatque Praepositis, & de eorum etiam facultate, universis fratribus, & sociis Societatis huiusmodi in Presbyteratus ordine constitutis, in locis, in quibus degunt, & eos pro tempore morari contigerit, habere Oratoria, & in eis, ac quocumque alio honesto, & congruenti loco, in altari portatili, cum debitis reverentia, & honore, etiam tempore interdicti, quavis etiam Apostolica auctoritate appositi, januis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis, submissa voce, Missas, & alia divina officia celebrare, ac Ecclesiastica sacramenta recipere, & aliis ministrare, dummodo ipsi causam non dederint interdicti, nec contingat id ipsis specialiter interdicti.

§.15. Iis vero, qui in ipsorum Praepositorum, & sociorum morantur obsequiis, cuncta libere ministrare possint Ecclesiastica Sacramenta, & ipsos, cum decedunt, in eorum coemeteriis sepelire.

§.16. Si quando in terris, in quibus socii praedicti, vel eorum aliqui, pro tempore residerint, vel in earum personas, excom-

AN. CH. 1549. procuratores, & operarii, Societatis.

Persona Societatis cui debeant con-gredi.

Qui vota emiserunt, aliorum ordinem praeter Carthusiensium ingredi non possunt.

Apostata, & insolentes coereci possunt a Praeposito.

Exemptio a Superioritate Ordinarii.

Facultas celebrandi super altari portatili, & tempore interdicti.

Familiaribusque Societatis possunt ministrare Sacramenta, & sepulturam.

Interdicti tempore divina possunt audire familiares.

Appellatio a correctione regulae non datur.

Superiores non tenentur alios ad Praelatos eiusdem ministerium deputare.

Deputari ad negotia Praepositi transiri possunt.

Praepositi, per se vel alios possunt omnes suos absolvere, & circa irregularitates dispensare, nisi sint casus & nomines iuxta Bullam Sixti IV.

Hec Bulla Sixti est sup. fol. 145. l. 10. mo III. P. III. Regimini.

In censuras generaliter absoluti, nisi

1549. procuratores, & operarii, Societatis. municationis; seu interdicti sententias contigerit promulgari, pueri seu familiares eorumdem sociorum servitii deputati, ac eorum, & Societatis huiusmodi negotiorum procuratores, & operarii, huiusmodi sententiis obnoxii minime habeantur, ibique possint audire divina, nisi eisdem causam dederint, vel specialiter excommunicari, seu interdicti contigerit eosdem.

§.17. Nec ullis Praelatis, contra aliquem de praedicta Societate, vel contra alios eorum, aliquam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam contra eiusdem Societatis privilegia, per Nos concessa, (quorum interpretationem Nobis, & Apostolicae Sedi reservamus) ferre liceat, & si tulerint, eo ipso irrita, nulliusque roboris, vel momenti sint, & esse censentur.

§.18. Ac omnes, & singuli alii Christiani-fideles, cujuscumque conditionis existant, qui verbi Dei concionibus, seu praedicationibus sociorum, seu fratrum Societatis huiusmodi, in Ecclesiis, ubi ipsi concionabuntur, interfuerint, diebus huiusmodi, missas, & alia divina officia audire, & Ecclesiastica sacramenta ibidem recipere libere, & licite valeant, nec ad id, ad proprias Parochiales Ecclesias accedere teneantur.

§.19. Et quia eiusdem Societatis Fratres, & socios, de locis ad loca transferri contingit, propter quod stabilem, & continuam in certis, & determinatis domibus mansionem habere non possint, & in ipsa Societate idoneos tantum, & comprobatos ad sacros ordines promovendi intelleximus, eisdem Praeposito Generali, quod ordinandos socios, & fratres huiusmodi Societatis, quibuscumque maluerit Catholicis Antistitibus, gratiam, & Communionem dictae Sedis habentibus praesentare, ipsique Antistitibus praesentatos huiusmodi, absque omni promissione, vel obligatione ipsorum ordinandorum, fratrum, & sociorum, ad omnes, etiam sacros, & Presbyteratus ordines promovere.

§.20. Et cum ipsi socii, magnam patientes pro Christi nomine paupertatem, exhortationis pio studio bonos ad potiora dirigant, & errantes ad rectitudinis semitam laudabiliter revocare procurent, concedimus, ut in excommunicatorum, & haeticorum, vel schismaticorum, vel infidelium terris libere commorari, & cum eisdem conversari, de licentia tamen Praepositi Generalis, & ab eis tunc, & etiam quando per ipsas illos transire contigerit, necessaria vitae deponere, ac recipere valeant.

§.21. Quodque nullis ipsorum, correctionis, seu visitationis, vel inquisitionis officium, Monasteriis, vel Ecclesiis, seu quibuscumque personis impendere, vel ad cognitiones causarum, citationes partium, & denunciationes sententiarum interdicti, vel excommunicationum procedere, aut curam monialium, seu religiosarum quarumlibet personarum recipere teneantur, per literas Apostolicas impetratas, vel in posterum impetrandas, nisi de hoc indulto, & Ordine sociorum huiusmodi, expressam

facientes mentionem, auctoritate, & tenore praedictis, de speciali gratia indulgemus.

§.22. Concedentes ipsis sociis, ut de iis quae in ornamentis, aut pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus, seu pro victu, vel indumentis eorum, necnon pro annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliqua domus Societatis praedictae, obligatae forsitan existant, ac de domibus, & Collegiis, ac eorum praediis, hortis, aliisque locis eisdem sociis, iuxta eorum vivendi institutum haberi concessis, aut de iis, quae sibi pro huiusmodi rebus, domibus, Collegiis, praediis, & locis, & hortis emendis per quascumque personas, pro tempore legari, aut relinquere contigerit, & aliis bonis quibuscumque per praedictam Societatem, & ipsius Collegia possessis, & obtentis, aliquam decimam, etiam Papalem solvere, seu Canonicae portionem exhibere, seu ad praestationem procuratorum Legatorum praedictae Sedis, vel Nunciorum ipsius, aut Ordinarium locorum, aut exactiorum, collectarum, seu subditorum, vel provisionum quoruncumque minime teneantur, nec ad id per literas eiusdem Sedis, aut Legatorum, vel Nunciorum, seu Diocesano-rum praedictorum, cujuscumque tenoris fuerint, ullo umquam tempore compelli possint, nisi ipsae literae Apostolicae plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto, & concessione huiusmodi, ac de eorum Ordine mentionem fecerint. Et si forte per Nos, vel dictam Sedem de piis Legatis dispositis, & relictis, in genere, vel specie, decima, vel alia portio, seu quarta, alteri pie, vel non pie causa, quomodolibet haecenus concessa fuerit, vel illam in posterum concedi, seu solvi, aut dari, & mandari contigerit, socios praefatos, & illorum domos, & bona quaecumque, ac eis legata, & relicta, aut alias, in eorum favorem disposita, in concessionibus, & mandatis huiusmodi, decernimus, & volumus minime comprehendi: nisi de ipsis, ac praefati decreto, & voluntate nostra, non per clausulas generales idem importantes, sed vera, expressa, & specifica mentio fiat in eisdem.

§.23. Et insuper si contingat socios ipsos, ut adjuvante aliquo Principe, Duce, Marchione, Comite, vel Communitate, vel quavis ad id potenti, & facultatibus abundanti persona, aliquam Domum, Ecclesiam, aut Collegium Societati praedictae adificent, & construant, seu id per alicuius similis personae testamentum mandari, vel quovis modo eis offerri domum, Ecclesias, seu Collegia huiusmodi, cum omnibus ad id necessariis, & opportunis, construi, & aedificari, ac locum pro huiusmodi constructione oblatum recipi posse, ipsasque domos, Ecclesias, Collegia, Cellas, Oratoria, ubilibet per dictos socios, pro tempore constructa, vel eis donata, eo ipso quod aedificata, vel donata fuerint, Apostolica auctoritate praedicta erecta, approbata, & confirmata.

§.24. Ac bona quaecumque pro Collegiorum

Contra privilegia concessa fieri non possunt ab ullo censura, nec dari eorum interpretatio.

Qui Societatis concionibus interfuerint, Missas audire, & Sacramenta ibidem recipere possunt.

Volente Praeposito possunt a quolibet Antistite in sacris promoveri.

In terris infidelium, & haeticorum licet commorari de Praepositi generalis licentia.

Non tenentur ullam suscipere visitationem, iustitiae ministrations, curamque Monialium.

Non tenentur solvere bonorum suorum de imam vel aliam dare contributionem seu procuracionem.

Domus, vel Collegia Societatis donata, seu relicta eo ipso auctoritate Apostolica confirmantur erecta.

1549. Bona Societati donata pro Collegiorum sustentatione etiam auctoritate Apostolica reponantur applicata &c.

Ecclesia benedicti, & consecrati possunt a quolibet Episcopo &c.

Et de novo ubique constituitur.

Superiores possunt cum sociis dispensare.

Confessores possunt confessiones audire.

Sacramenta que ecclesia ministrare preterea

§.24. Bona dote, seu scholarium inibi, pro tempore commorantium sustentatione, per quoscumque Christianos, pro tempore donata, relicta, & legata, eo ipso prædicta Apostolica auctoritate, perpetuo applicata, & appropriata esse, & ceteri, nisi alias ad collationem Sedis prædictæ pertinerent.

§.25. Et Ecclesias prædictas, cum cœmeteriis, benedicti, aut consecrari facere, ac primum lapidem poni, per quoscumque Episcopos (si Diocesani ultra quatuor menses id facere distulerint) posse decernimus.

§.26. Inhibentes omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælati, & locorum Ordinariis, ac quibusvis aliis potestatibus Ecclesiasticis, & secularibus, illis nihilominus mandantes, ne ipsos focios, aut eorum domos, Ecclesias, aut Collegia huiusmodi, ad aliquorum requisitionem, ex propria eorum voluntate, si id in Domino expediens fuerit, edificare volentes, quomodo huiusmodi constructionibus impediunt, perturbent, aut molestent.

§.27. Et, ut Societatis huiusmodi professoribus omnis vagandi occasio, & ad Apostolicam Sedem prædictam recurrenti subtrahatur, pro posse, necessitas, Generali, & de eius licentia Provincialibus Præpositis dictæ Societatis pro tempore existentibus, & illorum Vicariis, & Locatenentibus, ut cum eisdem Societatis personis defectum natalium, ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quovis alio nefario, & illicito coitu proveniente patientibus, necnon cum iis, qui ex quavis causa (preterquam homicidii voluntarii, bigamie, & mutilationis membrorum) irregulares fuerint, postquam in Ordine ipso vota emiserint, ut, defectu, & irregularitate huiusmodi non obstantibus, ad quoscumque, etiam sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri, & in illis, etiam in altari ministrare, & irregulares defectum natalium patientes prædicti ad quoscumque administrationes, & officia dictæ Societatis eligi, recipi, & assumi, illaque gerere, & exercere, libere, & licite valeant, dispensare possint, auctoritate, & tenore prædictis, concedimus, & indulgemus.

§.28. Præterea cum intellexerimus populos Civitatum, terrarum, & locorum, apud quæ habitationem iidem focii habent, vel ubi eisdem versari, aut transire contingit, exemplo allestos, & inductos religionis vite, quam Domino concedente ducunt, libenter ad constituendum eisdem, & sacratissimam Communionem de manibus eorum accipiendum consueverunt, ut illis sic confluentibus satisfacere valeant, universis utriusque sexus Christianis fidelibus, ut cuilibet de Societate prædicta confiteri possint, Rectoris sui licentia minime requisita, cui non teneantur eadem peccata, de quibus confessi, & absoluti fuerint, rursus confiteri.

§.29. Necnon omnibus, & singulis Christianis fidelibus, tam forensibus, quam in Civitatibus, & locis, in quibus focii prædicti

constant, commorantibus, aut illactranseuntibus Eucharistia Sacramentum (quod in suis Ecclesiis decenter tenere focios præfatos volumus) quocumque anni tempore, præterquam in festo Paschatis Resurrectionis Dominicæ, & mortis articulo, nisi necessitas urget, eorumdem fidelium, Parochialium Ecclesiarum Rectorum licentia minime requisita, accipere libere, & licite valeant.

§.30. Necnon animarum profectui providere volentes, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus ubilibet commorantibus, vere poenitentibus, & confessis, seu temporibus a jure statutis constituendi propositum habentibus, qui aliquam Ecclesiam, aut alium pium locum dictæ Societatis, semel singulis annis, præter annum Jubilæi, in die, per pro tempore existentem dictæ Societatis Præpositum eligendo, a primis vespere usque ad occasum solis ejusdem diei inclusive, devote visitaverint, & inibi orationem Dominicam, ac salutationem Angelicam recitaverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, ac remissionem in forma Jubilæi, auctoritate Apostolica tenore præsentium misericorditer concedimus, & elargimur.

§.31. Et insuper quatuor aliis, scilicet, Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, & Corporis Christi festivitatum, necnon Veneris, & Dominicis, & Quadragesimalibus diebus singulorum annorum, usque ad octavam Paschatis, Ecclesias, & alia pia loca, dictæ Societatis devote visitaverint, & inibi orationem, & salutationem prædictas similiter recitaverint, ac verbum Dei, si in illis prædicetur, devote audierint, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis poenitentis, misericorditer in Domino relaxamus.

§.32. Ac Præposito Generali ejusdem Societatis, ut, quos de suis idoneos in Domino judicaverit, ad lectiones Theologiæ, & aliarum facultatum, alterius licentia ad id minime requisita ubilibet deputare possit.

§.33. Et ut, cum aliquos ex fratribus, seu sociis Societatis huiusmodi in Saraceno, & Paganorum, aliorumque infidelium terras, & Provincias alias remotissimas, a quibus non potest adiri Sedes Apostolica, miserit; possit eis auctoritate nostra facultatem concedere, ut Christianos ibidem commorantes, confessione peccatorum suorum audita, & poenitentia salutari injuncta, eos, & eorum quemlibet, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, etiam in Bulla Coenæ Domini reservatis, & a consequentibus censuris, & poenis absolvere.

§.34. Et cum iis, qui ab infidelitate convertentur tantum, & in locis remotissimis, qui prius in gradibus non licitis, tamen lege divina non prohibitis, matrimonium contraxerant, ut in eisdem manere possint, dispensare.

§.35. Ac in locis prædictis remotissimis, quæ

1549. tempore Paschatis, & in articulo mortis.

Visitantibus Ecclesias Societatis diligendas indulgentias concedit.

Et certis anni diebus.

Præpositus generalis Licetores in Theologia, & aliis facultatibus deputare potest. In tertia infidelium, & partibus remotissimis socii absolvi possunt etiam a casibus in Bulla Coenæ Domini reservatis.

Dispensat in gradibus a jure divino non prohibitis cum infidelibus.

1549. Erigunt Ecclesias parochiales, & cetera benedicti, &c.

Decedente Præposito Provinciali, alterius electio fiat.

Missam bis in die quando celebrat.

Privilegia omnia conservantur.

Professo ubique possit de licentia Præpositi generalis.

Coadjuvatores sine certo numero admitti possunt a Præposito prædicto.

Præpositus etiam per alios exercet natus suum.

Clausule præservative aliarum gratiarum.

quæcumque Ecclesias, Hospitalia, & alia pia loca, prout expediens fuerit, erigere, ac nunc, & pro tempore erecta reformare, sine alicujus præjudicio, & vestes Sacerdotales, Pallas, Corporalia, Calices, Altaria, Cœmeteria (si Episcopus, qui ea faciat, Catholicus inibi non adfit) benedicti, ac profanatas Ecclesias reconciliare possint. Et quæcumque statuta, & ordinationes, defuisset necessaria facere, illaque postquam facta fuerint, mutare, alterare, ac illis addere, & detrahere.

§.36. Ac Præposito Provinciali in illis longinquis partibus residente decedente, interim, dum alius per Generalem Præpositum mittitur, loco Præpositi sic decedentis, alium eligere libere, & licite valeant.

§.37. Et quia in numerosis populis illarum regionum, tanta est sacerdotum raritas, ut unus plurium curam populorum suscipere debeat, ut bis eodem die Missam celebrare, diversis in locis valeant.

§.38. Et insuper, attenta meditatione penitentes, quantum utilitatis ad exaltationem Christianæ fidei, & Evangelicæ veritatis, Societatis prædictæ professores afferant, & asserere valeant, omnia, & singula gratias, immunitates, concessionem, privilegia, & indulta, antea per Nos eidem Societati, & illius focios, & personis, quomodolibet concessa, quæ hic pro specificatis haberi volumus, approbantes, innovantes, & confirmantes.

§.39. Quod focii dictæ Societatis, qui alibi quam in Urbe Roma, professionem emittere non possunt, literis Apostolicis, ab ipsa Societate, ad id ob aliquas causas ad tempus impetratis, non obstantibus, eisdem de licentia Præpositi Generalis prædicti, ut professionem ipsam ubilibet emittere libere, & licite valeant, concedimus, & indulgemus.

§.40. Necnon Ignatio, & aliis successoribus suis Præpositis Generalibus dictæ Societatis pro tempore existentibus, & indultum alias per Nos eidem Societati, super habendis viginti Coadjuvatoribus concessum, ad alios quoscumque, quos idoneos fore censuerint, sub eorum obedientia degentes extendere.

§.41. Et quæcumque gratias, concessionem, & indulta eisdem Generalibus dictæ Societatis Præpositis pro tempore existentibus per Nos concessa, per eorum Vicarios, aut personas ad id sibi bene visas, præsertim in Indiarum, & aliis partibus remotis pro tempore substitutas, exercere libere, & licite valeant.

§.42. Ac præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque ex quavis causa, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, ac sub quibusvis suspensionibus, derogationibus, limitationibus, & aliis quibusvis contrariis dispositionibus, & gratiarum, ac indulgentiarum concessarum derogatoriis, seu revocatoriis, etiam per Nos, & Sedem eandem pro tempore concessis, nullatenus

comprehendi, sed semper ab illis exceptas existere, ac suos plenarios effectus fortiri.

§.43. Et illarum transumptis manu notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Canonici Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis Ecclesiæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem, quæ adhiberetur eisdem originalibus literis, si forent exhibitæ, vel ostensæ, ubique in iudicio, & extra adhiberi debere.

§.44. Et sic per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis etiam Apostolicæ auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§.45. Ac dilectis in Christo filiis, illustribus, & nobilibus viris, Principibus, ac Dominis temporalibus, & venerabilibus Fratribus Prælati ecclesiasticis in quavis dignitate constitutis, prædictam Societatem, ac singulos illius focios plurimum in Domino commendantes: non solum ne eos inquietari, aut eorum privilegia violari permittant, sed ut benigne, & cum caritate, ut decet, suscipiant exhortamur, atque in Domino rogamus.

§.46. Et nihilominus universis, & singulis venerabilibus Fratribus nostris, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, & aliis personis in dignitate ecclesiastica constitutis, necnon Metropolitanis, & aliarum Cathedralium, Ecclesiarum Canonicis, ac eorumdem Archiepiscoporum, & Episcoporum officialibus, & Vicariis generalibus ubilibet constitutis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, ac quilibet eorum, per se, vel alium, seu alios, præsentibus literas, & in eis contenta huiusmodi, ubi opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Sociorum, vel alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisdemque Sociis, in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant, auctoritate nostra, eisdem Sociis literis, & in eis contentis huiusmodi pacifice gaudere, non permittentes, eos aut eorum aliquem super præmissis, aut quibusvis aliis rebus, & causis, per locorum Ordinarios, aut quoscumque alios, quomodolibet indebite molestari, sed eos contra quoscumque cujuscumque conditionis, vel qualitatis existentes, & quavis, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, vel Episcopali, aut mundana dignitate, ac exemptione fungentes, & munitos, in quibusvis causis, iustitia complementum ministrantes, id quod per eos ordinatum fuerit ad executionem debitam perducant, illosque, quos censuras, vel poenas prædictas incurrisse confiterit, excommunicatos, ac interdictos declarent, ac faciant, & mandent publice nunciari, ac ab omnibus arctius evitari, & legitimis super his habitis, & habendis processibus servatis, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus

Transumptis habetur fides.

Sublata est aliter iudicandi facultas.

Societas ejusque personæ Principibus, ac Prælati commendantur.

Conservatores, & executores huius Constitutionis deputantur.

Clausula con-
tracorum de
rogatione ap-
ponuntur.

cibus aggravare procurent, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.47. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, necnon privilegiis, indultis, & literis Apostolicis Sancti Benedicti, & Sancti Francisci, ac Mendicantium, & aliis Ordinibus supradictis, illorumque Prelatis, & personis, etiam super non communicandis gratiis sibi concessis, & alias quomodolibet, per Nos, & Sedem praefatam concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, etiam Mari magno, Bulla aurea, & alias quomodolibet nuncupatis, quibus illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo &c.

D.P. An.XV.
18. Octobris.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quadragesimo nono decimoquinto Kal. Novembris, Pontificatus nostri anno XV.

LXIV.

Judices, & Officiales Romanae Curiae non concedant transumpta supplicationum, neque eorum praetextu mandata adipiscendi possessionem beneficiorum, vigore supplicationum, nisi prius literis Apostolicis desuper expeditis.

Qua autem Notarii Rev. Camerae Apostolicae servare debeant circa consensus cessationis iurium, aut resignationis beneficiorum sunt supra in Constit. XVI. Clem. VII. Sanctissimi fol. 64.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Judicibus Ro-
mane Curiae
jam prohibuit
concedere
transumpta
supplicationes,
& eorum vi-
gore manda-
ta adipiscendi
possessionem
beneficiorum.

§.1. CUM Nobis inter alia innotuisset, quod nonnulli Judices Rom. Curiae transumpta supplicationum super provisionibus beneficiorum Ecclesiasticorum, & aliis gratiis signatarum, & registrarum, ac ipsarum supplicationum praetextu, literas & mandata de adipiscenda possessione beneficiorum in illis expressorum, antequam litera Apostolica super hujusmodi supplicationibus expedita essent, concedebant. Volentes hujusmodi abusibus, & fraudibus congruis remediis obviare, inhibuimus quibusvis Judicibus dictae Curiae quavis auctoritate fungentibus, cum appositione decreti irritantis, ne transumpta supplicationum Apostolicarum, neve literas, seu mandata ipsarum supplicationum vigore, possessionem beneficiorum Apostolicorum apprehendendi, dare, & concedere quomodolibet praesumerent, prout in Constitutione nostra de-

super edita, & in Cancellaria Apostolicae publicata plenius continetur.

§.2. Nos Constitutionem hujusmodi auctoritate Apostolica, tenore praesentium innovantes, & perpetuis futuris temporibus pro lege observari debere decernentes, hoc perpetuo edicto, omnibus, & singulis, tam Archivi d. Curiae scriptoribus, quam Camerae Apostolicae, Gubernatoris, ac Vicarii Urbis Notariis, ceterisque officialibus dictae Curiae, & tabellionibus publicis quibuscumque sub excommunicationis latae sententiae poena in eorum singulos, qui contra fecerint, eorumdem tenore praesentium auctoritate Apostolica praefata inhibemus, ne de cetero de transumptis supplicationum, praeterquam habentium clausulam, quod eorumdem sola signatura sufficiat, ac de decreto, & concessione literarum, & mandatorum hujusmodi derogari debeant, neve illa scribere, vel subscribere, aut quovis modo authenticare, vel partibus tradere, quovis modo praesumant. Volentes, & eadem Apostolica auctoritate statuente, quod Notarii, & Officiales, & Tabelliones praefati, qui dictam excommunicationis sententiam incurserint, ab illa, nisi per Nos, aut Successores nostros canonice intrantes absolvi non possint, praeterquam in mortis articulo constituti. Quodque ultra eandem excommunicationis sententiam, pro prima vice viginti quinque ducatorum, & suspensionis a perceptione emolumentorum officiorum suorum ad tres menses, per Datarium, vel Cancellariae Apostolicae Regentem pro tempore existentes, irremissibiliter exigendarum, ac Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe applicandorum, & si secundario deliquerint ipsorum officiorum privationis poenas incurrant eo ipso.

§.3. Necnon partes transumptis, seu literis, aut mandatis hujusmodi deinceps utentes, ac illorum praetextu possessionem beneficiorum Apostolicorum apprehendentes, fructus, quos ex illis pro tempore perceperint, suos non faciant, quinimo ad beneficia in eisdem transumptis, ac literis, & mandatis expressa perpetuo afficiantur ipso facto inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis perceptorum in utroque foro teneantur.

§.4. Decernentes sic per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam si sint S.R.E. Cardinales, aut Palatii Apostolici causarum Auditores, in quibuscumque causis, & quibusvis illarum instantiis sententiari, & judicari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter sententiandi, & judicandi facultate, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, & indultis Apostolicis, Judicibus, Notariis, Officialibus, Tabellionibus praedictis,

Innovat eam-
dem prohibi-
tionem cum
appositione
poenae exco-
municacionis
latae sententiae
& alias innovat
poenas contra
Tabelliones
de illis ro-
gatos.

Uentibusque
dictis trans-
umptis, & man-
datis poenam
amissionis fru-
ctuum, & in-
habilitatis ad
illa beneficia
infigit.

Et ita non
aliter judicari
mandat.

Contrariis de-
rogat.

Hanc Consti-
tutionem pu-
blicari, & in-
ter alias ex-
travag. de-
scribi jubet.

Pape subser-
Publicatio.

Ex Gallia
novo Editione
Christiana
Tom. IV. fol.
110.

Ecclesiarum,
& Monaste-
riorum status
iuxta opposi-
tionem in
melioem co-
mutatus.

Vezeliacensis
Monasterii fi-
dationem, do-
tationem, ex-
pensionem a
quacumque
Ordinari u-
piscopi iur-
isdictione
concessaque
Abbatibus pri-
vilegia expo-
nit.

Etis, eorumque Collegiis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, quae ipsis contra praemissa nullatenus volumus suffragari, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem praesentes in dicta Cancellaria, ut moris est, publicari, & in illius quinterno inter alias extravagantes ad perpetuam rei memoriam describi, ac a die publicationis ligare, & sub poenis praedictis perpetuo, inconcussae, & inviolabiliter observari.

Placet, publicetur, & describatur. A. Lecta, & publicata sunt supra scripta Regula Romae in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo trigesimo quarto, die Sabbati, tertio decimo mensis Martii Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli divina providentia Papae III. Anno I.

LXV.

Sacralizatio Vezeliacensis Monasterii, quod in Seculare Abbatiam, & Capitulum reducitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

EX supernae Majestatis providentia Romanus Pontifex in Apostolica dignitate sublimitate constitutus, circa Ecclesiarum, & Monasteriorum quorumlibet statum in melius, dante Domino, commutandum, prout ex debito Pastoralis officii sibi incumbit, diligenter prospicit, & intendit, illumque interdum alterat, & commutat, ac desuper disponit, & ordinat, prout rationabiles causas suadent, ac pia Catholicorum Regum vota exposcunt, necnon temporum, locorum, & rerum qualitatibus, ac conditionibus diligenter consideratis, ad divini cultus augmentum, & bonorum illorum conservationem, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & personarum eorumdem decorem, & venustatem conspicit in Domino salubriter expedire.

§.1. Sane charissimus in Christo filius noster Franciscus Francorum Rex Christianissimus tam suo, quam dilectorum filiorum Deodati de Buduer moderni Abbatis, & Conventus Monasterii Vezeliacensis, Ordinis S. Benedicti in Eduensi Dicecesi nominibus Nobis exponi fecit, quod licet dictum Monasterium nullius Dicecesis Sedi Apostolicae immediate subiectum, olim Monasterium Monialium ejusdem Ordinis per quondam Gerardum Comitum Nivernensem, & Bertham ejus uxorem, de bonis eis a Deo collatis, ad honorem Salvatoris Domini nostri Jesu Christi pie fundatum, & postmodum ad statum Monachorum ejusdem Ordinis Apostolica auctoritate redactum, ac certis fructibus, redditibus, proventibus, & emolumentis spiritualibus, & temporalibus, pro illius Abbatis, & Monachorum pro tempore existentium sustentatione, olim per dictos fundatores, & alios Christi-

Bull. Rom. Tom. IV. Par. I.

fideles pie elargitis, ac territorio insigni, potestate Vezeliacensi nuncupato, ab aliis Dominis, & territoriis per cruces, seu insignia, & confinia certis limitibus penitus divisio, separato, & limitato, laudabiliter dotatum, necnon diversis privilegiis, libertatibus, exemptionibus, gratiis, & indultis eidem Monasterio, & pro tempore existentibus Abbati, & Monachis, etiam per Sedem praedictam concessis, & approbatis, decoratum: ipsique Abbas, & Monachi privilegiis, & libertatibus, exemptionibus, gratiis, & indultis hujusmodi a tempore immemorabili gavisi sint, & ab omni jurisdictione ordinaria pro tempore existentis Episcopi Eduensis, ac quorumcumque Ordinariorum ab omni aeo exempti extiterint, & existant, quinimmo conventus praefati, necnon omnes, & singuli alii tam in oppido Vezeliacensi, quam infra limites territorii hujusmodi pro tempore habitantes, & commorantes, ac Parochiales Ecclesiae in eis consistentes, dicto Abbati pro tempore existenti, & nulli alteri in spiritualibus, & temporalibus penitus subesse, ac Parochiales Ecclesiae hujusmodi praedictum, & pro tempore existentem Abbatem pleno jure, ac per olim Philippum de Villars in dicto Monasterio fundatam Capellaniam ad praesentationem dicti Conventus conferre, & eorumdem Parochialium Ecclesiarum curam committere, ac ex privilegiis praedictis idem Deodatus, & pro tempore existens Abbas, ab antiquo Mitra, Baculo Pastoralis, tunica dalmatica, quibus diebus Dominicis, & festibus celebrat, uti, & tam ex eisdem privilegiis, quam ex approbata consuetudine, & observantia legitime praescriptis ejus subditos, ac infra limites praedictos commorantes, militiae clericali adscribi volentes, clericali charactere insignire, ac ex indulto fel. rec. Martini Papa V. Praedecessoris nostri minores Ordines eis conferre, illisque alios majores Ordines a quocumque maluerint Catholico Antifite recipendi posse licentiam, & facultatem concedere, sive per quemcumque Catholicum Antifitem ad se propterea evocandum majores ordines eis conferri, ac Christina, & Oleum Sanctum benedici facere, aut a quocumque maluerit Catholico Antifite, & Oleum Sanctum hujusmodi recipere, & eisdem subditis suis ministrare, necnon Officiale, qui de omnibus, & singulis etiam de majoribus causis, & Ecclesiasticis cognoscat, & a quo appellationes pro tempore interpositae ad Sedem praefatam immediate devolvuntur, habere, & instituire posse, jus habere consueverit, ac in ipsum Monasterium, in quo mensa Abbatialis prorsus distincta, & separata a Conventuali, & ultra dignitatem Abbatialem una Cameraria, una Infermaria, una Hostelaria, & una Cantoria claustralia, & forsitan secularia officia, necnon impraesentiarum triginta Monachorum numerus, dicta sex officia obtinentibus inclusis, fore noscantur; & Prioratus S. Joannis de Vendaco dicti Ordinis Claromontensis Dicecesis, eidem

Monasterio,
in quo sepa-
rata Mensa,
plura Officia,
& Beneficia.

dem Sacrificii unitus perpetuo existat, necnon ab eodem Monasterio de Langiaco Nivermentis de Merloto, & de Bornello Belvacensis, de Villari-Sylva Noviomensis, & de Ofeyo Cenomanensis Diocesis, ac forsan plures alii prioratus etiam Conventuales, & alia beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, ad plenam collationem, & dispositionem Abbatis ipsius Monasterii pro tempore existentis pertinentia dependant.

Causa eius secularizationem suadet.

§.2. Cum tamen Monasterium ipsum in dicto Oppido Vezeliacensi satis insigni, & ex frequenti Monachorum illius Monasterii conversatione cum utriusque sexus secularibus personis ad illius Ecclesiam, quae principalis dicti Oppidi Ecclesia existit, & in qua sermones publici, praesertim in Quadragesima, & Adventu ordinarie fiunt, necnon ratione processionum generalium, quae in ipso Oppido pro tempore celebrantur, confluentibus, Monachi vitam Regularibus institutis dicti Ordinis conformem, de facili ducere nequeunt, quo fit, ut vota sua Altissimo iuxta regularia instituta huiusmodi non reddentes animarum suarum saluti minus consulant, & seculares eorumdem Monachorum fama, & honori, nominique detrahant, ac devotio ad Ecclesiam, & Ordinem huiusmodi minuat: ac interdum in ipso Monasterio sint Monachi, quorum opera, & favore, bonorum, & iurium dicti Monasterii conservacioni, & occupatorum recuperacioni, & aliis ipsius Monasterii necessitatibus, uti expediret, consuli non potest, & nisi per Sedem praedictam opportune provideretur, gravia incommoda, pericula, & scandala forsan subsequerentur, si in dicto Monasterio nomen, & titulus Monasterii, & dignitas Abbatialis, & Conventualis, necnon in eo, & singulis Monachalibus portionibus, ac unito, & aliis dependentibus Prioratibus, & beneficiis praedictis Ordo S. Benedicti, & omnis status, omnisque dependentia regularis, necnon Cameraria, Infirmaria, Sacrificia, Celleraria, Hostellaria, & Cantoria, & alia claustralia, ac forsan secularia officia, necnon beneficia huiusmodi penitus, & omnino supprimerentur, & extinguerentur: ac Ecclesia Monasterii huiusmodi, in qua Corpus B. Mariae Magdalenes honorifice conservatur, & veneratur, in secularem, & Collegiatam Ecclesiam cum Abbatiali, & ab illa prorsus separata capitulari mensis, necnon in ea loco regularis Abbatialis dignitatis, una Abbatia Secularis, quae principalis pro uno Abbate Seculari, & loco Cameraria unus Decanatus pro uno Decano, qui secunda, & loco Infirmariae unus Archidiaconatus pro uno Archidiacono, qui tertia, & loco Cellerariae una Thesauraria, quae quarta dignitates post Abbatialem pro uno Thesaurario: necnon loco Sacrificiae, Hostellariae, & Cantoriae Regularium, una Sacrificia, una Hostellaria, & una Cantoria, quae personatus, seu officia secularia inibi existerent pro uno Sacrificia, uno Hostellario, & uno Cantore Secularibus: necnon singula

Monachales portiones in Canonicatus, & praebendas seculares: ac quatuor hebdomadariae pro totidem hebdomadariis, & aliae duodecim perpetuae Capellaniae pro totidem aliis duodecim perpetuis Capellanis erigerentur, & instituerentur. Ac unus Becillus, necnon sex pueri chorarii, & unus Magister in cantu, qui eosdem pueros erudiret, perpetuo deputarentur: ac mensa Capitulari de Longiaco, de Merloto, de Bornello, de Villari-Sylva, & de Ofeyo cum eorumdem annexis Prioratus praedicti, per cessum, vel decessum, necnon Sacrificia, & illi unitus Prioratus de Vendaco, & Hostellaria, ac Cantoria officia praedicta per cessum Prioratus, & officia huiusmodi obtinentium quomodolibet vacantia, perpetuo uniarentur, annecterentur, & incorporarentur, ipsique mensa Capitulari omnia, & singula suppressendorum officiorum praedictorum fructus, redditus, proventus, & bona similiter applicarentur, & appropriarentur: Profecto faciliori statui Monasterii, & illius Ecclesiae honori consuleretur, & illa venustior redderetur, ac divinus cultus in ea, & ad illam Christianifidelium devotio, cum illorum spirituali consolatione, non parum augetur: & facilius reperirentur viri nobilitate generis, literarum scientia, & potentia, ac aliis virtutibus pollentes, qui dignitates, ac Canonicatus, & praebendas huiusmodi Ecclesiae obtinere procurarent, & quorum Doctrina, ope, & consilio, necessitatibus ipsius Ecclesiae salubrius consuleretur, & facilius illis incommodis obviaretur.

§.3. Quare praefatus Franciscus Rex, in cuius temporali dominio dictum Monasterium consistit, tam suo, quam dicti Deodati Abbatis, & Conventus praedictorum nominibus praedictis, Nobis supplicari fecit, ut in dicto Monasterio nomen, & titulum Monasterii, ac dignitatem Abbatialem, & Conventualitatem, necnon in illo, ac Monachalibus portionibus, necnon unito, & dependentibus Prioratibus, & beneficiis praedictis, Ordinem ipsum, ac omnem statum, & dependentiam regulares, necnon singula officia huiusmodi, ut praefertur, perpetuo supprimit, & extinguit, ac in ipsa statum regularem in statum Abbatis, Canonicorum, Presbyterorum, & Clericorum Secularium, immutare, & ad statum Secularem reducere, necnon eandem Ecclesiam in secularem, & Collegiatam, erigere, & instituire, aliaque in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.4. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimerere verum annum valorem secundum communem estimationem, etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret: & semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, quique Ecclesiarum, & Monasteriorum, quorumlibet, ac illarum personarum profperum statum, decorem, & venustatem, ac in melius directionem, necnon in eis divini

Accedit Francisci Regis, & Deodati Abbatis, ac Monachorum consensus, & postulatio.

Claustralia quaeque, & Monachalia suppressimus. P. 6. tit. 5.

vini cultus conservationem, & augmentum sinceris desideramus affectibus: Deodatum Abbatem, & Conventum praefatos, ac eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum ferre absolventes, & absolutos fore censentes: necnon Monasterii, & singulorum claustrarium, regularium, & secularium officiorum, ac Monachalium portionum, necnon dependentium uniuersorum Prioratum, & Beneficiorum praedictorum fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores praesentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac militantis Ecclesiae exaltationem, necnon Monasterii, & illius Ecclesiae praedictorum feliciorum statum, in praefato Monasterio nomen, & titulum Monasterii, ac dignitatem Abbatialem, & Conventualitatem, necnon in illo, ac omnibus, & singulis illius Monachalibus portionibus, necnon de Langiaco, de Merloto, de Bornello, de Villari-Sylva, de Ofeyo, & de Vendaco, & forsan aliis a dicto Monasterio dependentibus Prioratibus, necnon Conventualibus, & beneficiis, quae de cetero Prioratus, & beneficia secularia existunt, Ordinem praedictum S. Benedicti, omnemque statum, & dependentiam regulares, necnon Camerariam, Cellerariam, Sacrificiam, Hostellariam, & Cantoriam claustralia, ac regularia officia, illorumque omnium qualitates, & denominationes, itaut de cetero, officia, & Monachales portiones denominari, seu censeri non possint, ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore praesentium penitus, & omnino supprimitus, & extinguitus.

Ea ad statum seculare pro Presbyteris, & Officiis, & Beneficiis secularibus trahere iubet.

§.5. Ac in Ecclesia Monasterii huiusmodi statum regularem, in statum Abbatis, Canonicorum, Presbyterorum, & Clericorum Secularium immutamus, & illam ad statum Secularem reducimus, necnon praefatum Deodatum modernum Abbatem, qui olim Canonicus Regularis Monasterii Sancti Antonii de Sancto Antonio Ordinis Sancti Augustini, Viennensis Diocesis Ordinem ipsum Sancti Augustini expresse professus, praefato suppresso Monasterio tunc certo modo vacante, in Abbatem dicta auctoritate praefectus existit, ac omnes, & singulos ipsius suppressi Monasterii, & Prioratum ab eo dependentium Monachos etiam ab eo dependentes Prioratus huiusmodi, ipsorumque Monasterii, & Prioratum claustralia, & alia officia, & beneficia Regularia obtinentes dictum Ordinem Sancti Benedicti in eodem Monasterio, vel alibi, tacite, vel expresse professos, ab observatione statutorum, & consuetudinum Regularium Monasteriorum, & Ordinum praedictorum, necnon quorumcumque per eosdem Abbatem, & Monachos in eorum professione

emissorum votorum, castitatis, & obedientiae votis dumtaxat exceptis, & Deodatum Abbatem a S. Augustini, ac Monachos praefatos a Sancti Benedicti Ordinum praedictorum Regulis, ac secundum illas divini officii recitatione, itaut ipsi Abbas, & Monachi nunc Regulares, & eorum singuli de cetero Abbas, & Canonici Seculares dictae Ecclesiae existant, & pro talibus habeantur, & reputentur, ac de cetero habitum Regularem dictorum Ordinum gestare, & illorum regularia instituta, & ordinationes, diffinitiones, ritus, mores, etiam quo ad divinorum officiorum celebrationem, jejunia, victum, & ciborum, ac alimentorum usum, & alia quaecumque, quae ratione Ordinis, & professionis huiusmodi observare tenebantur, de cetero observare minime teneantur: sed in habitu, ritu, moribus, incessu, ceremoniis, & vita, quoad omnia Secularibus Canonicis aliarum Ecclesiarum Secularium illarum partium se omnino, & ubique conforment, absque alicujus Apostasiae, aut censurae Ecclesiasticae incurso, ac Abbas, & Canonici seculares, & alii ejusdem Ecclesiae Ministri, horas Canonicas diurnas, & nocturnas, ac Missas, & alia divina officia, secundum usum, morem, & ritum Romanae Ecclesiae, etiam noviter editum, absque alia concessione, etiam extra chorum, & quam primum de libris ad id requisitis provisi fuerint, etiam in choro dictae Ecclesiae, & alibi: ac interim iuxta modum librorum, quos nunc habent, se usui Romanae Ecclesiae conformando, ac Ordinem, & numerum Psalmorum, lectionum, & hymnorum, quantum magis poterunt, servando, debitis, & congruis horis, & cantu, ac accentu morose, & decenter dicere, & decantare.

§.6. Et nunc praesentes Monachi, qui habitum, & regulam Sancti Benedicti dimittere noluerint, in illis, quamdiu voluerint, remanere possint: etiam si eis videbitur dimissa regula, habitum tantum retinere valeant, & nihilominus divinis in dicta Ecclesia deserviendo tantum percipiant, quantum unus ex aliis Canonicis dictae Ecclesiae: & sedeant in solitis Cathedris Chori Ecclesiae huiusmodi, ac in processionibus, & alibi in eorum locis incedant, vocemque activam, & passivam, si in sacris constituti fuerint, cum aliis Canonicis secundum Ordinem pristinum in Capitulo ejusdem Ecclesiae habeant, dummodo in divinis, & Ecclesiasticis officiis in superiori habitu secularibus se conforment, penitus absolviemus, & totaliter liberamus, ac eis desuper facultatem impartimur.

§.7. Ipsamque Ecclesiam in secularem, & Collegiatam cum Abbatiali, & ab illa prorsus separatam, & seorsum Capitulari mensis huiusmodi, necnon sigillo, & arca communibus, & aliis Collegialibus insigniis, ac in ea Capitulum Seculare, necnon loco suppressae Abbatialis dignitatis unam, Abbatiam secularem, quae principalis pro uno Abbate seculari, qui omnibus, & singulis dignitatibus, privilegiis, exemptionibus, praerogantibus, libertatibus, praerogantibus, & Monachos in eorum professione

Monachis se secularizatis habitum Monasticum, si velint, defendendi potestatem facit, qui tamen ceteris omnibus gaudeant privilegiis.

Abbatiam secularem erigit Abbati quo usum Pontificalem, & antiqua confirmat Privilegia.